DE

VERSIBUS

IAMBICO - ANTISPASTICIS

SCRIPSIT

HERMANNUS WEISSENBORN,

GERANUS.

LIPSIAE,

IN COMMISSIS FR. KOEHLERI.

1834.

Ex omnibus iis doctrinis, quae in legendis veteribus poetis non possunt ignorari, ea potissimum requirit studium assiduum, quae in versibus formandis, mutandis et componendis versatur, artem dico metricam. Quamvis prioribus temporibus non defuere viri doctissimi, qui multam ei navarent operam eiusque regulas et leges tum ex poetarum lectione, tum ex grammaticorum scriptis ediscere et disponere studerent (inter quos Britanni maxime excelluere): tamen ii ipsi sive propriis sive grammaticorum erroribus seducti, saepenumero in levibus haeserunt, graviora incerta reliquerunt, plerique vero literarum Graecarum et Romanarum valde gnari hanc scientiam plane neglexerunt: donec ille exstitit vir eximio honore dignus, G. Hermannus, qui summo ingenii acumine et sagacitate, intimaque veterum scriptorum consuetudine et familiaritate adiutus, opus illud praeclarum perfecit, in quo metra varia et a grammaticis satis confusa collegit, primusque apto ordine disposuit, ita ut ab elementis numeri ad pedes, metra, versus, strophas earumque inter se coniunctiones progrederetur. Quis enim neget, hunc unum virum praeter multas ad-

notationes in tragicorum editionibus huc pertinentes, primum in libris de metris, deinde in elementis doctrinae metricae, denique in ipsa epitome d. m. novissime edita (in usum si non scholarum certe adolescentium imperitiorum) magnopere ad meliorem et fructuosiorem metrorum cognitionem viam nobis monstrasse, quam qui ignorant, in legendis poetis inprimis tragicis et comicis multis erroribus fiunt obnoxii. — Singula metra colligenda et perscrutanda esse, recte intellexit Seidlerus, eamque ob caussam librum de versibus dochmiacis edidit, in cuius priore parte varias huius metri usitatissimi et maxime variabilis formas et compositiones in unum congessit, et perturbatis ordinem intulit, in altera vero tragicorum, inprimis Euripidis quosdam locos corruptos, qui fere ex integris constant dochmiis, collegit et emendavit. Boeckhio Berolinensi, cuius de philologia satis nota sunt merita, Pindari editio ansam praebuit integrum de metris eius poetae librum scribendi (in edit. Pind. T. I. p. II), multaque impugnandi ab Hermanno proposita, a quo tamen novam immo primam metrices theoriam constitutam esse ipse fatetur. Non tamen in iis, quae ibi attigerat, acquiescendum ratus est; sed quum antea Hermanni principia impugnarit, iam ad singula se convertere coepit, et ante 7 abhinc annos in dissertatione, catalogo lectionum Berolinensium anni 1827 praemissa, de quibusdam versibus scripsit, quorum mensura antispastica et iambica ab Hermanno proposita mutanda sit. In quo tamen consentire cum eo non possunt VV. DD. quibuscum de hac re colloqui mihi licuit; immo unus ex illis, cuius modo mentionem feci, A. Seidlerus, (a quo quotiescunque in oppidulum

Crossen prope Zizam, ubi nunc habitat, venio, singulari excipior liberalitate, summamque ex eius colloquio suavissimo concipio voluptatem, nec ab eo discedo nisi melius edoctus de rebus philologicis inprimis de aliqua artis metricae parte) *) benigne me adhortatus est, ut pristinam mensuram contra Boeckhium defenderem; quod quamquam magnopere dubitavi suscipere, pro virium mearum imbecillitate, quia parum confidere potui, me contra talem virum quidquam effecturum; tamen quum aeque doctorum virorum (inprimis Hermanni, Seidleri, G. Dindorfii) auctoritate niterer, iam conatus sum quaedam proferre quibus tuerer vulgatam rationem; itaque pleraque eius generis exempla apud veteres tragicos collegi, ex quibus nonnulla afferam, quae contra Boeckhium facere videntur; ac primum quidem metra ab illo castigata defendam, deinde vero quaedam addam, quae illis sunt valde similia, quibusque eodem modo dubitationem inferre deberet Boeckhius, si regulam suam omnibus metrices partibus obtrudere vellet.

*) Huic viro pro insigni erga me benevolentia et comitate hae publicae agendae sunt gratiae; nec praetereundus G. Dindorfius, qui non solum in lectionibus publicis mihi primus exstitit auctor cognoscendorum metrorum et exercitationis in scandendis versibus tragicis, quum doctrina de metris absoluta, scholas haberet in quibus perlegebantur chorici cantici tragicorum Graecorum; sed etiam privatam mihi navavit operam, quum mihi permitteret ipsum convenire et de rebus difficilioribus consulere.

Versus illi, quorum mensura a Boeckhio est castigata, aptissime in tria diversa dividi possunt genera, quorum communis est ea natura, ut ordinem primum in thesi conquiescentem excipiat novi ordinis anacrusis, quam quidem *commissuram* Boeckhius ex metris extrudendam censet, quia humilis sit et inconcinna numerique careat continuitate (de m. P. p. 79. 175. LIII, c. 3.). Quam quidem commissuram, praesertim ubi brevem thesin brevis sequi dicatur anacrusis, non ubique tueri in animo est (velut in iis versibus longioribus glyconicis, quos grammatici ut quaternas ab initio syllabas componerent, antispasticos vocavere, quum tamen basi praemissa ex choriambis et iambis constare videantur Hephaest. I, 10. (p. 56. Gaisf. p. 33. Turneb.)

καὶ κνίσσῃ τινὰ θυμιήσας.
χαῖρ' ὦ χρυσοκέρω βάβακτα κήλων.

de quibus vv. Hermannus rectum vidit El. d. m. p. 224. 225.): sed in eo tantum ipsi repugnandum puto, quod omnes illos versus, quos uno vocabulo iambico-antispasticos appellare mihi licebit (quia ex antispastis et iambis vel ex duobus ordinibus iambicis illis valde similibus constant, ita legendos censet, ut commissura illa tollatur. Itaque de quovis genere sin-

gulatim exponam, Boeckhii argumenta contra unumquodque refellam, quasque ille protulit analogias ut suam nobis probaret rationem, non satis firmare eam, demonstrabo.

I.

Primo loco ii ponendi sunt versus, quos in antispastum unum et ordinem iambicum dividit Hermannus El. d. m. p. 230. 231.

a) v̄ — —́ — | v —́ v —

Aesch. Choeph. 385. *ἐφυμνῆσαι γένοιτό μοι.*
Agam. 407. *βέβακεν ῥίμφα διὰ πυλᾶν.*

b) v̄ — —́ — | v — v —́ ⏓

Eur. Suppl. 607. *τίν᾽ ἂν τῶνδ᾽ αἰτία λάβοιμι;*
Aesch. Ag. 196. *παλιμμήκη χρόνον τιθεῖσαι.*

c) v̄ — —́ — | v — v —́ v —

Aesch. Suppl. 565. *βροτοὶ δ᾽ οἳ γᾶς τότ᾽ ἦσαν ἔννομοι.*
Eur. Cycl. 374. *ἀνθρώπων θερμ᾽ ἀπ᾽ ἀνθράκων κρέα.*

Horum versuum prima forma rarissime occurrit, tertia vero non facile mutat antispastum ea ratione qua fit in secunda; deinde quem pro iambica tripodia pura substituendum censent ischiorrhogicum, (nam et Hermannus in epit d. m. §. 221. hoc facit, quum antea in elem. d. m. p. 231. puros iambos antispastum sequi iusserit, nec nisi cum quadam hae-

sitatione ischiorrhogicum statuerit) is haud scio, an omnino extrudendus videatur, quia locus VII ad Theb. 362. 374.

τίν' ἐκ τῶνδ' εἰκάσαι λόγος παρά.
παγκλαύτων ἀλγέων ἐπίῤῥοθον.

nihil habet quod officiat purorum iamborum descriptioni, alter vero Aesch. Suppl. 374. 385.

μονοσκήπτροισι δ' ἐν θρόνοις χρέος.
μένει τοι Ζηνὸς ἱκταίου κότος.

ob inusitatam vocem ἱκταῖος offendit Seidlerum (de vv. dochm. p. 102.) movitque ut scriberet ἱκεσίου; Dindorfius *) coniecit ἱκτίου, quo quidem non usitatius est ἱκταῖος, ex quo tamen nasci poterat illud vocabulum. Deinde in hac forma rariores etiam sunt longarum syllabarum solutiones, nam in eo exemplo, quod attulit Herm. in El. p. 231. Eur. Suppl 604. 614.

φόνοι, μάχαι, στερνοτυπεῖς τ' ἀνὰ τόπον.
δίκα δίκαν ἐξεκάλεσε καὶ φόνος.

non stropham cum Herm. sed potius antistropham mutandam putarim ita

υ ⸗ υ — | ⸗ υ υ — | ⸗ υ —

δίκα δίκαν ἐξεκάλει καὶ φόνος,

nisi uterque versus est corruptus. Iam vero restat secundus versus, qui reliquis multo est usitatior ideoque liberiorem mu-

*) G. dico Dindorfium, ex cuius editione scenicorum poetarum Graecorum fere semper singulorum versuum locos laudavi — De alio versu, qui videri possit antispastus cum ischiorrhogico Iph. Aul. 301. postea dicam.

tationem admittit inprimis antispasti, cuius tamen hac leges fere sunt immutabiles, ut

1) secunda arsis, quae est primaria, non solvatur (v. ad argum. Boeckhii secundum)

2) thesis eius longa

3) iambicorum anacrusis brevis sit; de quibus uberius exposui ad argumentum tertium. Quum etiam iambi haud facile mutentur, restant duae primae syllabae, (quas dixerim basin iambicam trochaeo graviori vel spondeo praemissam) eaeque omnem admittunt mutationem, ita ut aut purum iambum, aut spondeum, aut tribrachum aut denique dactylum efficere possint. Ex quo quatuor potissimum formas manare consentaneum est:

1. υ — ́— — | υ — υ ́— —

Aesch. VII ad Theb. 123. κινύρονται φόνον χαλινοί.
ib. 126. προςίστανται πάλῳ λαχόντες.
Soph. El. 128. ὄλοιτ' εἴ μοι θέμις τάδ' αὐδᾶν.
v. 144. τί μοι τῶν δυσφόρων ἐφίει.
Antig. 590. κυλίνδει βυσσόθεν κέλαιναν.

2. — — ́— — | υ — υ ́— —

Aesch. Suppl. 574. Ζεὺς αἰῶνος κρεῶν ἀπαύστου.
Soph. Ant. 601. κὰτ' αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν,
ubi vulg. legitur ν. θεῶν φ. τῶν.
Aesch. VII ad. Th. 120. Ἀργεῖοι γὰρ πόλισμα Κάδμου.

3. υ υ υ ́— — | υ — υ ́— —

Eur. Alc. 459 ποταμίᾳ νερτέρᾳ τε κώπᾳ.

ant. v. 169. ὃν ἔτεκον δ' οὐκ ἔτλαν ῥύεσθαι.
ib. v. 596. ἀλίμενον Πηλίου κρατύνει.
ant. v. 605. θεοσεβῆ φωτὰ κεδνὰ πράξειν.
Iph. Aul. 1531. κλέος ἀείμνηστον ἀμφιθεῖναι.
Androm. 485. ὁποτὰν εὕρειν θέλωσι καιρόν.
ant. 493. μετατροπὰ τῶνδ' ἄπεισιν ἔργων.
Phoen. 1725. ἰὼ ἰώ, δεινὰ δεῖν' ἐγὼ τλάς.

4. — ⏑ ⏑ —́ — | ⏑ — ⏑ —́ —

Aesch. VII ad Th. 132. ἰχθυβόλῳ μαχανᾷ Ποσειδᾶν.
Suppl. 375. πᾶν ἐπικραίνεις, ἄγος φυλάσσου.
ant. 386. δυσπαραθέλκτοις παθόντες οἴκτοις.
Soph. O. C. 1212. σῖγ' ἐδυνάθησαν ἐς τοσόνδε.
ant. v. 1222. καὶ κατεκοίμησα τοὐμὸν ὄμμα.
Trach. 525. ἧστο τὸν ὃν προσμένουσ' ἀκοίταν.
Eur. Suppl. 620. καλλίχορον θεᾶς ὕδωρ λιποῖσαι.

Cui tamen diaeresi, quam vocat, inter antispastum et iambicam πενθημιμερῆ opponit se Boeckhius, et thesin antispasti semper longam esse observans, ita metitur

⏑̄ —́ ⏑̄ | —́ ⏑ — ⏑ — ⏑

in quo quatuor his utitur argumentis:

Primum quum in certis exemplis eius numerorum successionis, qua thesin sequitur anacrusis, in commissura habeatur diaeresis, ut in Sapphico illo et Callimacheo, nulla diaeresis idonea documenta in his de quibus dicimus formis sunt.

Attulit enim statim in dissertatiunculae initio versus asynartetos, alterum Sapphus ex Heph. I, 10. (p. 60. Gaisf. p. 34. Turn.)

γλυκεῖα μᾶτερ οὔτοι,| δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστὸν.
πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς | βραδινὰν δι' Ἀφροδίταν.

alterum Callimachi (Heph. I, 15, 16. p. 102. G. p. 37. Turn.)

Δήμητρι τῇ πυλαίῃ | τῇ τοῦτον οὐκ Πελάσγων

in quibus sequitur quidem thesin nova anacrusis, sed quum ex versiculis binis compositi sint, plerumque non κατὰ σύστημα cohaerentibus, cum nostris antispasticis comparandos esse recte negat Boeckhius. Sed licet hoc ipsi concedamus, tamen sunt quae optime probent, hos versus ita dividendos esse. Ac primum quidem caesura plerumque commendare videtur eam, cuius rei exempla afferri possunt multa

Aesch. VII ad Th. πολλὰ γὰρ εὖτε πτόλις δαμασθῇ.
ib. 951. ἰὼ πολλοῖς ἐπανθίσαντες.
Ag. 395. πόλει πρόσθριμμ' ἄφερτον ἐνθείς.
Eur. Andr. 1217. διαντλήσω πόνους ἐς Ἅιδαν.

sed iam in prioribus exemplis observandum est, plerumque caesura hunc versum ita dirimi. Quae tamen quum non omnino et semper eundem locum teneat, sed modo incertum relinquat

Aesch. Suppl. 338. παλαιὸν δ' εἰς ἴχνος μέτεστιν.
ib. 536. βροτοὶ δ' οἱ γᾶς τότ' ἦσαν ἔννομοι.
Soph. El. 1420. κτανόντων οἱ πάλαι θανόντες.

Eur. Andr. 1215. *τίν' αἰῶν' εἰς τὸ λοιπὸν ἕξεις.*
Ion. 218. *ἐναίρει Γᾶς τέκνων ὁ Βάκχος.*

modo Boeckhii rationi magis faveat

Aesch. Ag. 209. *μιαίνων παρθενοσφάγοισι.*
ib. 376. *φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ.*
ib. 377. *πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως.*
Soph. O. C. 1095. *μολεῖν γᾳ τᾷδε καὶ πολίταις.*
Eur. Andr. 1199. *νόμῳ τῷ νερτέρων κατάρξω.*

iam aliud argumentum in eo cognosci posse credo, quod hae duae particulae, in quas versus dividitur ab Hermanno, non ita dissimiles neque ab se alienae videntur, quum antispastus nihil aliud esse videatur, quam iambica *πενθημιμερής* media syllaba brevi elisa

ῡ ⏖ | υ | ⏖ ῡ;

ita enim omnes illae in mutando antispasto licentiae explicari possunt. Utraque pars a iambo incipit, utraque in thesin terminatur; quod certe non minus placere potest, quam illa Boeckhii compositio ex anacrusi basi et trochaeis, de qua postea disseram. Multo certiora testimonia dirimendi versus sunt isti loci (ad argum. tertium commemorandi) in quibus thesis illa antispasti in stropha longa, in antistropha autem brevis legitur. Denique praeterire non possum, ex Hermanni ratione multo aptius poni ictus, qui reliquis antecellant arsibus, in paenultimis utriusque particulae syllabis, quam si Boeckhium sequimur in secunda et quarta.

Secundum in formas a) b) c) prior quidem arsis solvitur haud raro, secunda non solvitur, sed ex una fit longa, excepta ea quam quarto loco tangemus et aliter explicandam censemus; unde coniicias non esse arsin sed thesin trochaicam praecedentis arsis, in qua thesi, utpote ancipiti, non admittitur solutio.

Sed in hoc non firmum contra nostram mensuram argumentum quaeri posse, facile ex eo intelligi potest, quod plerumque arsis antispastica non solvitur; cuius rei testis est Herm. El. p. 228.

Ex arsibus multo saepius prior quam posterior solvitur, ac nemo non sentit, melius in initio quam in fine augeri celeritatem numeri.

Immo nunquam haec secunda arsis solvitur, certe in iis versibus, quos h. l. tracto, quia ictum habere debet fortiorem, eamque thesis sequitur plerumque longa. Et in hoc antispastus cum eo iambico monometro hypercatalecto comparari potest, qui in trimetris caesura efficitur; huius enim arsis secunda non solvitur, aut si solvitur, plerumque non in longa thesi conquiescit,

Soph. Trach. 880. *τάλαιν' ὀλέθρια | τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φῄς.*
Eur. Cycl. 667. *μεθύων κατέπεσες | εἰς μέσους τοὺς ἄνθρακας.*

quia arsin solutam non bene sequitur longa thesis

$$\acute{v} - \acute{v}\, v\, -;$$

quodsi ita sese habet, haud scio an melius glyconicis tribui possit talis versus

υ | ́— υ υ ́— | υ — υ ́— ́—

Soph. Oed. Col. 669. ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα.
ant. 682. ὁ καλλίβοτρυς κατ' ἦμαρ αἰεί.
ib. 679. ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει.
ant. 692. χοροί νιν ἀπεστύγησαν οὐδέ.

quos versus ab Hermanno (El. p. 563.) addita syllaba ex praecedente versu inter phalaeceos hendecasyllabos video relatos; aut possit esse iambicus

ῡ — υ υ υ υ — υ ́— —

Soph. Ai. 607. τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν.
ant. 620. ἔπεσ' ἔπεσε μελέοις Ἀτρείδαις.
Eur. Rhes. 33. ζεύγνυτε κερόδετα τόξα νευραῖς.
ant. 51. μήποτ' ἔς ἐμέ τινα μέμψιν εἴπῃς.

quos versus a G. Dindorfio antispastice lectos esse memini, quanquam nihil impedit, quominus iambice legantur, praesertim quum nullus inveniri possit versus illius formae, cui purus respondeat antispasticus, qualem supra (fo. 1 vel 2.) descripsimus.

Sed his verbis illud tantum volui probare, quo Boeckhius contra Hermannum nisus est, secundam arsin antispasti rarissime solvi; iam addendum mihi est, nulla reperiri posse exempla, in quibus haec syllaba anceps sit; si enim et in stropha et in antistropha brevis est talis versus, non magis ad nostrum genus pertinere potest

Aesch. Ag. 413. *ἄδιστος ἀφεμένων ἰδεῖν.*
ant. v. 420. *πένθεια τλησικάρδιος.*

quum ex puris constet iambis (cuius generis inter antispasticos nostros reperiri quaedam exempla infra videbimus), quam si quarta antispasti syllaba in utraque stropha brevis reperitur

υ — — υ υ — υ — — υ

qui glyconicus est versus.

Tertium in iisdem formis eiusdem, qui dicitur, antispasti ultima syllaba, quam thesin esse existimant, inter ingentem exemplorum copiam paucissimis tantum locis brevis reperitur, caeterum satis constanter longa: contra anacrusis, quae fertur, insequentis ordinis iambici, constantissime brevis est; itaque consentaneum est, illam longam syllabam non esse antispasticam thesin sed arsin trochaicam; et brevem hanc syllabam non anacrusin iambicam sed thesin trochaicam illius arsis, continuato deinceps metro trochaico.

Contra hanc sententiam idem Hermanni locus iterum mihi est afferendus (El. p. 228.)

Thesis (antispasti) plerumque longa est, consistente ibi numero et requiescente.

idque optime in nostrorum versuum genus quadrat, in quo eo magis expetitur, quia brevis insequitur (secundum Hermannum) anacrusis thesin maioris gravitatis; ea enim inter has syllabas intercedere debet ratio, ut thesis praecedente arsi sit debilior, contra gravior sequente anacrusi; quae ut optime servetur, operae pretium videtur inquirere, qualis his duabus syllabis conveniat quantitas.

Ac primum quidem si et thesis et anacrusis breves sunt in utraque stropha) sane displicere debet illa diaeresis

v — ⏗́ v | v — v ⏗́ —

sed glyconicum talem habendum esse versum facile intelligi potest

v́ — | ⏗́ v v — | v ⏗́ —

Deinde si utraque syllaba longa legitur (antispasti arsibus non solutis) non magis placere possint hae duae longae ictu carentes et inter longas arses inclusae

v — ⏗́ — | — ⏗́ v — —*)

cuius versus exemplum vix poterit reperiri. Denique si thesis brevis, anacrusis vero longa esset, sane pessimum hoc esset, multoque melius sese haberet in tali versu metrum bacchiacum

v ⏗́ — v ⏗́ — v ⏗́ —

quod recte vidit Seidl. (de vv. dochm. p. 135.) in versu

Eur. Bacch. 994. φονεύουσα λαιμῶν διαμπάξ.

quem Gaisf. ad Heph. p. 301. ex antispasto et dochmio constare dicit; in quo non reputavit in brevi syllaba, quam sequitur longa sine ictu, requiescere non posse metrum.

*) Legitur quidem similis versus, ubi epitritum secundum sequitur iambica penthemimeres Eur. Alc. 895. 604. de quo postea ad fo. d.) disseram.

Itaque iam quarta tantum restat quantitatum ratio, ut longam thesin, in qua conquiescit prima huius versus particula, brevis sequatur anacrusis, id quod semper factum esse videmus. Quamobrem hoc argumento Boeckhium niti non posse facile videmus; quamquam negari non posset, idem ipsius rationi dividendi versus favere, nisi quidam essent versus, in quibus haec antispasti thesis (quam ipse vult arsin esse trochaicam) in stropha aliam habet quantitatem, quam in antistropha; quos quidem versus, iam a Seidlero (de vv. dochm. p. 28) allatos, quum in hoc tertio argumento Boeckhius brevibus tantum commemorarit, sub finem dissertationis aut omnino mutare aut certe in dubium vocare studet, si medelam inferre non potest, qua omnino non est opus.

Sunt hi versus

1) Aesch. Pers. 282. (Dind. 283. 89.) ἔθεσαν αἰαῖ, στρατοῦ φθαρέντος

ant. 286. ἔκτισαν εὔνιδας ἠδ᾽ ἀνάνδρους.

ex quo versu imparem responsionem sublaturus Boeckh. invertit verba εὔνιδας et ἔκτισαν, et aliam statuit formam ἔκτισσαν; quod etiamsi ei concedimus, tamen id assecutus non est, ut plane sibi respondeant versus, nam in stropha choriambus, in antistropha paeon quartus s. creticus solutus praeit trochaeos (secundum Boeckhii rationem), quod certe in nullo alio genere versuum occurret, quam in dochmiaco vel antispastico; quamobrem mihi hac coniectura prorsus nihil nactus esse videtur, quo suam commendaret mensuram. Quam vero dubitationem movet de interiectione cur non re-

spondeat alia interiectio in antistropha, haec quoque tolli potest.

Nam persaepe quidem leguntur in strophis interiectiones, quibus in antistrophis eaedem respondent, sed ita ut omnino extra metrum esse videantur, ut Aesch. Prom. 580. 600. ἒ ἔ, Soph. Ant. 1267. 90. αιαῖ αιαῖ, ib. 1271. 1294. οἴμοι; nec inusitatae sunt inter integros trimetros iambicos interiectiones sine illa responsione, ut Eur. Hec. 863. 956. Ion. 1516. Med. 292. Soph. Ant. 1047. φεῦ, Eur. Or. 274. ἆ ἆ, ib. 277. Andr. 896. ἔα, Androm. 586. ναί, cuius generis multa insuper afferri possint exempla; nec desunt metra integra (e. g. dochmii) ex interiectionibus in utraque stropha composita,

Aesch. Eum. 143. ἰοὺ ἰοὺ πόπαξ ant. 149. ἰὼ παῖ Διός;
contra in hisce non respondent interiectiones:

Aesch. Prom. 575. ἰὼ ἰὼ ποποῖ, ant. 594. τίς ἄρα μ᾽ ὦ τάλας.
ib. 584. δάκεσι δὸς βοράν, ant. 603. δέ τινες οἳ ἒ ἔ.
Suppl. 776. ἰὼ γᾶ βοῦνι, ἔνδικον σέβας.
ant. 784. ἄφυκτον δ᾽ οὐκ ἔτ᾽ ἂν πέλοι κέαρ.
Eur. Or. 965. ἰαχχείτω δὲ γᾶ Κυκλωπία.
ant. 976. ἰὼ ἰώ, πανδάκρυτ᾽ ἐφαμέρων.

utriusque rei exemplum praebet Soph. Ant. 1261.
ἰὼ | φρενῶν δυσφρόνων ἁμαρτήματα.
ant. 1284. ἰὼ | ἰὼ δυσκάθαρτος Ἅιδου λιμήν.

in quo praeit ἰὼ dimetrum dochmiacum. Itaque nihil ei dubitationi de Aeschyli versu tribuendum videtur.

2) A Seidlero (l. l. p. 28.) affertur locus ex Aesch. VII ad Th.

v. 839 (854 D.) *ἀλλὰ γόων ὦ φίλαι κατ' οὖρον.*
ant. 844. (860) *πάνδοκον εἰς ἀφανῆ τε χέρσον.*

Huic versui ut medelam afferat, *ἀφανῆ* in *νηφανῆ* mutandum censet Boeckhius, quod vero, quum omnino inusitatum sit verbum, recte fieri haud facile nobis persuadebit; sed miror, quod non vidit sane incertam horum versuum antistrophicam rationem, quippe quae a reliquis versibus non commendetur; neque enim id opitulatur, quod v. *ἀλλὰ γ. κτλ.*, qui claudere deberet stropham, cum sequentibus quoad sensum tam arcte cohaeret.

3) Choeph. 350. *τὸ πᾶν ἀμφιλαφὴς ταραχθείς.*
ant. 369 (331. 361. D.) *χεροῖν πεισιμβρότῳ τε βάκτρῳ.*

In hoc versu *πεισιβρότω* legens non potest refelli, quum credi non possit, poetam imparem reddidisse responsionem, ubi parem edere licuit; quamquam etiam in glyconicis, ubi antispastus praecedit choriambum, variatur thesis

Eur. Hel. 1315. *ἁ μὲν τόξοις Ἄρτεμις, ἁ δ'.*
ant. 1333. *οὐδ' ἦσαν θεῶν θυσίαι.*

Itaque et Dind. in ed. scen. poet. emendasse video *πεισίβροτόν τε βάκτρον.*

Idem in alio versu, quo contra Boeckhium niti posse mihi videbar

Soph. Oed. R. 1212. *σῖγ' ἐδυνάθησαν ἐς τοσόνδε.*
ant. 1222. *καὶ κατεκοίμισα τοὐμὸν ὄμμα.*

eodem modo *κατεκοίμησα* correxit.

4) Sane corruptus est locus

Soph. Antig. 851. οὔτ' ἐν βροτοῖς οὔτ' ἐν νεκροῖσιν.
ant. 870. κασίγνητε, γάμου κυρήσας.

quorum priorem Seidl. p. 29. ita mutandum censet, ut οὔτε βροτοῖσιν legatur, in quo non possum non libere confiteri, mihi displicere versum fo. 4. gravem et quodammodo ponderosum, cuius (quod haud facile accidit) ipsa anacrusis iamborum est longa, respondentem alii f. 1., in quo non solum anacrusis iamborum, sed etiam ipsa antispasti thesis brevis legitur; nec magis placere potest, quod mihi in mentem venit οὔτε βροτοῖς ο. ε. ν. vel οὔτ' ἐν βροτοῖς οὔτε νεκροῖσιν (ut sint glyconici imparis responsionis, in quibus choriambi locus varietur, quales permultos attulit Herm. El. p. 529. 530.) quia sequitur statim v. 852. f. d.); sed etiam in initio eius strophae choriambi et glyconici non desunt. Quamobrem in incerto relinquendus videtur hic versus, quippe cui haud facile medela afferri possit indubitata; neque vero iis versibus adnumerandus videtur, qui contra Boeckhium afferri possint.

5) Quos his vv. adnumeravit Seidl.

Aesch. VII. Th. 113. (120.) Ἀργεῖοι γὰρ πόλισμα Κάδμου.
ant. 128. (D. 140.) καὶ Κύπρις ἅτε γένους προμάτωρ.

hos sibi respondere recte vidit, quia praecedunt

πάντως ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν.
ant. πόλιν φύλαξον κήδεσαί τ' ἐναργῶς.

qui versus sibi sunt simillimi; quamquam in fine antistrophae a στράτῳ δαΐῳ στόνων κτλ. quaedam non recte quadrant, in

quibus (de vv. dd. p. post. p. 183.) satis audacter neque, quod equidem putarim, cum veri specie mutavit pleraque. Sed in eo iam sententiam suam mutavit, quod ἄτ' εἰ legendum et hos versus ex illorum numero eximendos esse censet; in quo ipsi libenter assentior, quum omnino melius sese habere videatur relativum cum verbo coniunctum, quam simplex. Sed longa alia de hoc versu est Boeckhii sententia:

Quartum in paucis illis locis, ubi in antistropha antispasti ultima est brevis, unus est, in quo simul soluta secunda arsis eiusdem pedis est; unde nascitur suspicio, tres illas breves syllabas aliter esse distribuendas.

Vult enim hunc versum

καὶ Κύπρις ἅτε γένους προμάτωρ.

ita legi — ´— ῡ | ύ υ υ — υ — —, quod quidem non vetat quantitas satis variabilis (Soph. Trach. 497. 515. 861.) nominis Κύπρις, sed officit ei mensurae sensus, qui male sese habet: *qua* es generis illius genitrix; nec cum reliquis bene convenire videtur; nam in toto hoc loco dii invocantur qui opitulentur urbi impugnatae, cuivis epitheto imposito, ita Iupiter v. 117. Pallas v. 130. Neptunus v. 131. Mars v. 106. 135. Iam v. 140. invocatur Venus, quippe a qua genus originem trahat, ut auxilium ferat Thebanis. Iam quum vocari non possit bellicosa, ob aliam rationem invocatur, ut *proli* suae succurrat. Itaque hic locus tantum abest, ut Boeckhio faveat, ut optime nostram commendare videatur sententiam, etiamsi legimus ἅτ' εἰ, nam in stropha choriambus, in antistropha 4 longae leguntur syllabae, quae non alio modo re-

spondere sibi possunt, quam si antispasticum supponimus metrum.

Sed etiamsi quatuor haec contra mensuram antispasticam argumenta refutavi quantum potui, non tamen acquiescendum in eo videtur, quum praeterea quasdam attulerit analogias, quibus firmaret rationem suam. Commemorat enim trochaeos praecedente basi, quorum multa exstant exempla

Aesch. Ag. 168. *οὐδ' ὅσ|τις πάροιθεν ἦν μεγας,*
παμμάχῳ θράσει βρύων.
Eur. Iph. Aul. 231. *ναῶν δ' εἰς ἀριθμὸν ἤλυθον.*
v. 275. *πρύμνας σεμνὰ* (Dind. *σῆμα*) *ταυρόπουν ὁρᾶν.*
v. 278. *ναῶν ἦσαν ὧν ἄναξ.*
v. 234. *Φθιώτας ὁ Μυρμιδόνων* (Herm. — *δών*) *Ἄρης.*
v. 235. *πεντήκοντα ναυσὶ θουρίαις.*
v. 245. *παῖς ἦν Ταλαὸς ὃν τρέφει πατήρ.*
v. 249. *παῖς ἑξῆς ἐναυλόχει θεάν.*

Ex his versibus anacrusi praemissa factum esse credit nostrum genus; quo tamen nihil probari posse videtur, sive basin sive trochaeum semantum illum versum habemus (Herm. El. p. 660.); nam si illud Boeckhio concedimus, non possum non monere, basin iam per se praemitti ordini cuidam metrico, ita ut ab ea fiat exordium; sed tum omnino nova anacrusi non eget, quae ipsi praemittatur. Noli vero mihi illius, quae in glyconico versu choriambum praecedit, exemplum opponere; haec enim tam arcte cum choriambo et sequenti iambo cohaeret, ut unum ordinem efficere videatur, qui variis modis potest mutari; contra in illis versibus praemittitur basis, transitum ad alium ordinem paratura. Deinde

etiam basis omnes trium morarum admittit pedes, tribrachum, trochaeum et iambum, deinde etiam spondeum et dactylum, sed rarissime anapaestum; in his vero exemplis, quae attulit, et in antispastico nostro ea quam vult basin esse, aut ex spondeo aut ex anapaesto facta est. Quamobrem haud scio an magis probanda sit Hermanni sententia, qui (El. p. 662.) talem basin, quae trochaeis praemittitur, trochaeum semantum esse dicit (cuius arsis octo, thesis vero quatuor habet moras); qualis mensura in illo Aeschyli exemplo optime convenit ad severioris et gravioris dicti indicium; ibi enim in stropha Iovem alloquitur chorus, in antistropha autem sententiam edit sublimiorem. Tali vero trochaeo semanto non magis conveniet anacrusin praemittere, quum a reliquo metro aliquantulum separari debeat, ne cum iis arctissime cohaerens, nihil nisi trochaeus cum thesi ancipiti esse videatur. Quod vero ad locum Iphigeniae attinet, ubi de analogiis quartae formae d) a Boeckhio prolatis dicam, pluribus de eo disseram; illud animadvertere facile licet, versus tales non recte cum nostris antispasticis comparari, neque iis adeo similes esse posse, quia nullus in illo toto carmine legitur versus nostrae formae, praeter v. 301., quem tamen ex cretico, trochaica penthemimeri et trochaeo semanto compositum esse

τὰ δὲ κατ' οἴκους κλύουσα συγκλήτου.

recte vidit Herm. in novissima editione, stropham ita reponens

τὰς Ἐχίνας λιπὼν [θοαῖς ναυσὶν].

neque enim ob paenultimam syllabam longam potest versus ad Boeckhii rationem formari. Quod si vero hi versus a nostris

antispasticis nihil differrent, poetam in his eiusdem generis versibus variatum et modo his modo illis usum esse credendum est. Immo vero totus eorum versuum habitus una illa syllaba praemissa immutatur aliamque accipit formam, a qua illa simpliciter trochaica longe differt.

Deinde vero id etiam contra Boeckhium facere videtur, quod non sine difficultate quatuor nostri versus formae descriptioni eius possunt subiici, quum in hoc metro

⏑́ | ⏑́⏑́ — | — ⏑ — ⏑ — ⏑

male sese habeat talis ictus — ⏑ ⏑ —, quale metrum multo melius choriambicum, vel antispasticum esse videtur (v. p. 13.) Ut vero omnino basis anapaestica rarius legitur, ita in iis inprimis versibus, ubi trochaeis praemitti dicitur, dubitationem movere potest. Quodsi vero Boeckhius his rationibus commotus omnes versus fo. 3) et 4) ex illorum numero eximendos et peculiari ratione metiendos existimaret, ita ut tertia ex paeone quarto vel cretico soluto, quarta vero ex choriambo et ithyphallico constaret, haud scio an in maiorem incideret errorem, tales versus, qui non solum in iisdem strophis sibi occurrunt, sed etiam sibi invicem respondent, dirimens

Aesch. VII ad Th. 120. Ἀργεῖοι γὰρ πόλισμα Κάδμου.
v. 140. καὶ Κύπρις, ἅτ' εἶ γένους προμάτωρ.
Eur. Or. 965. ἰαχχείτω δὲ γᾶ Κυκλωπία.
976. ἰὼ ἰὼ πανδάκρυτ' ἐφαμέρων.

in quo versu monitus a Seidlero praeterire non possum, talem correptionem vocis ἰὼ per hiatum multo magis antispa-

stico vel dochmiaco (Seidl. de vv. dochm. p. 95) quam trochaico convenire). Quas vero omnes quatuor formas si uni possumus tribuere metro (iambico - antispastico) cur gravemur, quum proprium fuerit Graecorum ex uno metri genere varias deducere formas, solvendis longis, mutandis ancipitibus syllabis, cuius rei testimonium praebet dochmius, qui cum antispasto pleraque habet communia?

Quae quum ita sint, neque quatuor illis argumentis neque his analogiis niti posse videtur, ut expellat mensuram antispasticam; eoque facilius aliud genus versuum, quod cum hoc saepissime coniunctum et alternans legitur, ab eius iniuriis vindicari poterit.

II.

Dividitur enim hoc genus, de quo secundo loco mihi est disserendum, ab Hermanno in duplicem ordinem iambicum

d) 1. υ — υ —́ — | υ — υ —́ —

Aesch. VII ad Th. 911. *σιδαρόπλακτοι μὲν ὧδ᾽ ἔχουσι.*
Suppl. 561. *ὕδωρ τὸ Νείλου νόσοις ἄθικτον.*
ib. 709. *δίκας γέγραπται μεγιστοτίμου.*
Ag. 222. *βροτοὺς θρασύνει γὰρ αἰσχρόμητις.*
ib. 232. *δίκαν χιμαίρας ὕπερθε βωμοῦ.*
Soph. O. C. 698. *φύτευμ᾽ ἀχείρωτον, αὐτόποιον.*
Eur. Iph. Taur. 1258. *γείτων μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον.*
ant. 1283. *θάρση βροτοῖς θεσφάτων ἀοιδαῖς.*
Eur. Suppl. 78. *τὰ γὰρ φθιτῶν τοῖς ὁρῶσι κόσμος.*

e) 1. υ — υ — — | υ — υ — υ —

Aesch. Ag. 241. πρέπουσα δ' ὡς ἐν γραφαῖς προσεννέπειν,
Eum. 550. εκ τῶνδ' ἀνάγκας ἄτερ δίκαιος ὤν.
ant. 558. καλεῖ δ' ακούοντας οὐδὲν ἐν μέσᾳ.
Soph. Oed. R. 1204. τανῦν δ'ακούειν, τίς ἀθλιώτερος.
ib. 1213. ἐφεῦρε σ' ἄκονθ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος.
Eur. Phoen. 1727. τί τλᾷς; τί τλᾷς; οὐχ ὁρᾷ δίκα κάκους.
ib. 337. σὲ δ'ὦ τέκνον καὶ γάμοισι δὴ κλύω.

Itaque a primi generis formis antispasticis eo tantum differt, quod tertia constanter brevis syllaba primae particulae est inserta (v. p. 12), nec tam frequentes sunt mutationes huius generis, prima anacrusi producta, longis vero solutis (sed nonnisi prima primi ordinis arsi ut in antispasto v. p. 13)

Aesch. Suppl. 570. τᾶς δ'αὖ γυναικὸς τέρας· δ'ἐτάμβουν.
Soph. Ant. 155. πρὸς ὅ τι σὺ τῶν ἔνδον εἶ περισσά.
οἷς ὁμόθεν εἶ καὶ γονᾷ ξύναιμος.
ant. 175. Ζεὺς ὃς ἐφορᾷ πάντα καὶ κρατύνει.
ὦ τὸν ὑπεραλγῆ χόλον νέμουσα.
ib. 186. βίοτος ἀνέλπιστος, οὐδ' ἔτ' ἀρκῶ;

in stropha nihil solutum est:

v. 165. τάλαιν' ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ.

Contra in altera huius versus particula rarissime mutatio habet locum (nam Pers. 1022. 1014. D. mutat Herm. El. p. 233.); et de eo versu, in quo bisyllabam habet anacrusin quum Boeckhio alia sit sententia, peculiari capite mihi est disserendum. Contra haec simplex forma ut ex monometro iambico et trochaeis constare videatur,

v ⁄— v — | ⁄— v — v — v̄

hoc profert argumentum:

Quintum prioris qui fertur iambici ordinis ultima thesis non brevis est sed longa, sequens autem anacrusis monosyllaba semper est brevis; priorem autem, si hoc metrum recte divisum esset, exspectares etiam brevem reperiri, posteriorem autem longam; quodque illa longa semper est, non magis studio separandorum ordinum excusaveris, quam in formis prioribus, de qua re quae tertio loco dicta sunt huc quoque pertinent.

Sed mihi quoque si haec refutare in animo esset, eadem quae ad illud argumentum monui, essent repetenda, aptissimam esse hanc quantitatum rationem; quia thesis est quidem debilior arsi praecedente, quae fortiorem habet ictum, contra gravior anacrusi insequente; quamobrem haec anacrusis non debet esse longa; quodsi vero alia intercederet ratio, aut glyconicus esset versus (si utraque syllaba brevis esset), aut (si utraque longa esset) male sonaret et videri posset

in scenam missus magno cum pondere versus

quales Horatius (A. P. 260.) appellat Romanorum trimetros; si vero thesis brevis, anacrusis longa esset, sane alia mensura videretur necessaria

v — v | ⁄— v v — | v ⁄— —

v — v ⁄— — | — ⁄— v — —

v — v — v — — v — —

4 *

quorum tertius aut ex iambica tripodia et ditrochaeo, aut ex diiambo et dimetro bacchiaco constare videtur, quod eodem modo fieri potest, quo bacchii praecedunt iambos (Seidl. p. 135.)

Eur. Or. 1295. ἀμείβω κέλευθον σκοποῦσα πάντᾳ.

Etenim unum huius formae exemplum

Aesch. Ag. 223. τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων.
ant. 234. πέπλοισι περιπετῆ πάντι θύμῳ.

(quem sequitur ἔτλα δ' οὖν, in ant. προνωπῆ, et deinde choriambi cum diiambis alternantes) qui locus a Dind. in iambicam tripodiam et dimetrum creticum hypercatalectum dividitur, mea quidem sententia in diiambum et trimetrum bacchiacum dividendus est. — Neque id cuiquam mirum videri potest, quod penthemimeris iambicae thesis longa legitur, ubi sequitur eam anacrusis; quum plerumque habeat longam thesin, vel cum longa sequitur arsis

Soph. Trach. 104. τὰν ἀμφινεικῆ | Δηϊάνειραν ἀεί.
ib. 520. ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι | κλίμακες ἦν δὲ μετώπων.
Ai. 175. ὥρμασε πανδά|μους ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας.
ib. 190. ἢ τᾶς ἀσώτου | Σισυφιδᾶν γενᾶς.
Pind. Nem. V, 5. νίκη Νεμείοις | παγκρατίου στέφανον.

et rarius brevis sit, nec nisi longa sequente arsi

Soph. El. 868. κέκευθεν οὔτε | τοῦ τάφου ἀντιάσας.
Eur. Alc. 572. ἔτλα δὲ σοῖσι | μηλονόμας.
ant. 582. χόρευσε δ' ἀμφὶ | σὰν κιθαράν.
Hec. 648. στένει δὲ καί τις | ἀμφὶ τὸν εὔροον Εὐρώταν.

neque etiam brevis illa secundae particulae anacrusis offen-

dere potest, quum plerumque et simplicis monometri iambici hypercatalecti anacrusis brevis sit

Aesch. Suppl. 835. ἄναξ προτάσσου.
Soph. Philost. 1173. τί τοῦτ' ἔλεξας;
Eur. Hipp. 1112. τυχὰν μετ' ὄλβου.
Ion. 212. τί γὰρ κεραυνὸν; ant. 230. ἔχω μαθοῦσα.
Iph. Taur. 654. πότερος ὁ μέλλων (Herm. μᾶλλον).
Or. 1295. ἀμείβω κέλευθον σκοποῦσα πάντα.

Quamobrem magnopere dubito, posse hanc syllabarum quantitatem constantem ad expellendam Hermanni mensuram invitare, qua versus optime in duas partes sibi fere aequales dividitur, meliusque ictus in paenultima utriusque particulae syllaba ponuntur, quam ex Boeckhii ratione in secunda et quinta

v — v —́ — | v — v —́ —

v —́ v — | —́ v — v — —

(nam in dimetro hypercatalecto non primam sed secundam arsin habere ictum iam ex illa cum antispasto comparatione verisimile videtur, eamque transpositionem ictus addita tertia thesis exposcit). Maxime vero Hermanni ratio caesura commendatur, quae plerumque duos ordines iambicos separat; cuius generis quum iam in huius capitis initio complura attulerim exempla, hic locos tantum indicare sufficiet:

d) 1. Aesch. VII ad Th. 911. 915. 922. 927. 946. 960. Suppl. 570. Agam. 218. 221. 222. 231. 232. 254. 409. 426. Soph. O. C. 1567. El. 176. Ant. 871. Eur. Heracl. 773. 780. 783. Tro. 578. 582.

e) 1. Aesch. VII ad Th. 943. 956. Pers. 1008. Ag. 427. 484. Eur. Suppl. 611.

Iam vero eodem modo, quo in primo genere versuum antispasticorum, Boeckhius quasdam attulit analogias, ut suos versus *κατ' ἀντιπάθειαν* compositos defenderet. Et primum quidem ex Pind. (Ol. II, 1.) attulit exemplum, quod etiam alias legitur

ἀναξιφόρ|μιγγες ὕμνοι.

Soph. O. R. 863. *εἴ μοι ξυνείη φέροντι.*

quem tamen versum si quis eodem modo quo nostros in duplicem ordinem iambicam dividere velit, caesura versus Sophoclei commotus (quod tamen equidem non defendere volo) nescio quo modo ille sit refutandus, neque eo niti posse videtur Boeckhius. Contra longiores eius generis versus melius ita dirimuntur, ut duo sint versus

Eur. Andro med. fr. 4. *ἄνοικτος ὃς τεκών σε τὴν*
πολυπονωτάτην βροτῶν (ap. Schol. Ar. Thesm. 1022.)

Contra ille versus, qui hoc una syllaba est brevior

Aesch. Ag. 414. *πόθῳ δ' ὑπερποντίας.*
δόμων ἑκάστου πρέπει.

ex iambo et dochmio constat (Seidl. de vv. Dochm. p. 115.), quod probare videntur versus

Eur. El. 1153. *πατρίδα δεκέτεσιν σποραῖσιν ἐλθόντ' ἐμάν.*
ant. 1161. *πόσις ὅτιποτὲ τὰν τάλαιναν ἔσχεν κακόν.*
Eur. Rhes. 200. *τὰ δὲ παρ' ἀνδράσιν τέλειά σοι φαίνεται.*

Quos deinde affert versus ex eodem loco Iphigeniae Aulidensis, quo iam in primo genere usus est, ii constant ex cre-

tico et trochaeis, ex quibus anacrusi praemissa versus fo. d) et e) factos esse credit

v. 234. (H. 229.) τὰν γυναικεῖον ὄψιν ὀμμάτων (ita recte Herm. in noviss. edit. pro γυναικείαν.)

v. 244. (H. 240.) ὧν ὁ Μηκιστέως στρατηλάτας.

de quo tamen sententiam meam laturus, haud alienum puto de toto illo loco quaedam monere.

Ipse enim Boeckhius ex loco schol. ad Aristoph. Ran. v. 97. coniecit parodi secundam partem v. 227—302 Herm. (231—302 Dind.) ex qua omnes illos locos desumsit, non ab Euripide sed ab eius filio, eodem Euripide, a quo recensionem Homericorum carminum factam esse constat, esse in veterem Iphigeniam Aulidensem receptam, quum patre mortuo ipse illam fabulam doceret, et Homericae Boeotiae studio delectatus ex ea catalogum graecorum compleret.

Sed primum quidem a Boeckhio non recte intelligi scholiasten, quoad nomen filii a patre acceptum, optime probat Hermannus, deinde vero ex ipsius argumenti ratione et ex pravo dicendi genere, quod in plerisque, ut in usu articuli nimio aliorumque vocabulorum, ab Atticorum facundia longe recedat, recte mihi coniicere videtur, strophas istas *additamentum esse hominis et a poesi valde alieni et multo Euripide recentioris, qui quae perverso iudicio deesse existimabat de suo adiecerit, non videns tantum abesse ut desideretur quidquam, ut pannos, quales ipse assuit, etiam moleste ferre lectores debeant.* Neque ea displicere possunt, quae nuper a Seidlero accepi, nimirum hunc interpolatorem naves Graecorum in prioribus non commemoratas indignatum, has ut

describeret, non solum totam parodum ultra fines legitimos diduxisse, sed et priori parti versus duos iniecisse, ut magis verisimile videretur quod tam larga navium mentio facta esset, nimirum

v. 172. (H. 170.) Ἀχαιῶν τε πλάτας ναυσιπόρους.

v. 193. (H. 191.) τὸν Οἰλέως Τελαμῶνός τε γόνον.

quorum prior spurius ab illo indicatur tum ob repetitionem Ἀχαιῶν στρατίαν ὡς κατιδοίμαν, Ἀχαιῶν τε π. ν. (pro quo Herm. egregie quidem coniecit ἀρήων, quod tamen ita non est necessarium) tum quia statim sequentibus versibus v. 174. (H. 172.) dicuntur ἐλάταις χιλιόναυσιν Troiam vehi; quum vero strophae hunc versum intrudisset, necessario in antistropha alterum addere debuit, qui iam ob praecedentem v. 192. κατεῖδον δὲ δύ' Αἴαντε συνέδρω glossematis instar videri possit. Quae quum ita sint, mihi ille interpolator eandem inscitiam et imperitiam vel in ipsa metrorum ratione et descriptione, quippe quae cum praecedentibus glyconicis nihil commune habeant, monstrasse videtur; ea enim compositio mea certe sententia valde languet et versus continet magno cum pondere in scenam missos, quia nimis saepe basis illa spondiaca trochaeis praemittitur; quales in aliis versibus pure trochaicis (Aesch. Prom. 415—424. Pers. 114—139) vix reperiuntur, quamquam ibi quoque creticus cum ordine trochaico coniunctus legitur

Pers. 119. καὶ κένανδρον μέγ' ἄστυ Σούσιδος.

ant. 125. βυσσίνοις δ' ἐν πέπλοις πέσῃ λακίς.

Sed hoc omnino non reprehendere volo, quod iungitur creticus (quippe qui sit ditrochaeus catalecticus) cum trochaeis;

nam id eodem iure fit, quo duo ordines iambici catalectici iunguntur, itaque tantum abest ut illae trochaeorum consociationes Hermanni mensurae officiant, ut commendare eam videantur. Quod vero Boeckhius putat ex his versibus praemissa anacrusi factum esse nostrum genus fo. d) e) 1. huius rei certum afferre debuit exemplum, quod vero in tota illa parodo reperiri non potest; nam id quod G. Dind. habet

v. 240. κατ' ἄκρα Νηρῇδες ἕστασαν θεαί.
ant. 251. ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν θετόν.

cum praecedente dimetro trochaico χρυσέαις δ' εἴκοσιν, ant. Παλλάδ' ἐν μωνύχοις integrum efficit versum, qui ex cretico et duplici penthemimeri trochaica constat. Denique non desunt versus ex cretico et trochaeis compositi, qui si inter antispasticos versus leguntur, melius ex epitrito secundo et iambis constare videntur

Aesch. Ag. 415. φάσμα δόξει | δόμων ἀνάσσειν.
ant. 432. πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ.
Eur. Alot. 595. πόντιόν τ' Αἰ|γαιῶν' ἐπ' ἀκτάν.*)
ἀλίμενον Πη|λίου κρατύνει
ant. 604. πρὸς δ' ἐμᾷ ψυ|χᾷ θάρσος ἧσται.
θεοσεβῆ φῶ|τα κεδνὰ πράξειν.

quorum prior locus legitur inter versus antispasticos, alterum vero (qui ne possit quidem in creticum et trochaeos dividi) sequitur antispasticus fo. b) 3. eiusque mensuram cum commissura (thesium quam vocat Boeckhius) commendat Herm.

*) De quo versu non displicet Seidleri sententia, primam syllabam ad praecedentem versum referendam, ut hic versus ex antispasto et ditrochaeo constet.

El. p. 662.; sed quid impedit, hunc quoque in epitritum solutum et iambos divisum credere

ύ̲ ̲υ̲ υ ΄– – | υ – υ – ΄–

ita ut uterque versus (595. 596.) eiusdem sit generis?

Denique ut probaret, ithyphallico persaepe terminari versus, trimetri iambici catalectici usus est exemplo

στόνῳ βρέμουσι | δ' ἀντιπλῆγες ἀκταί.

quod tamen neque illorum versuum compositionem ex iambis et trochaeis valde commendare videtur, neque semper ita legitur; nam haud desunt exempla, in quibus post primam tripodiam inciditur ita, ut sequatur penthemimeres iambica

Eur. Phoen. 294. ἄναξ τὸν οἴκοθεν | νόμον σέβουσα.
ib. 302. βοὰν ἔσω δόμων | κλύουσα τῶνδε.
Iph. Aul. 1522. κλῄσωμεν Ἄρτεμιν | θεῶν ἄνασσαν.

Itaque ne ex hoc quidem versu quidquam demonstrari posse videtur.

Iam quum eo pervenerim, ut in singulis sententiam Boeckhii de illis versibus refutasse mihi videar, nunc in universum de eo mihi disserendum erit, a quo principium petit B. locis quibusdam ex libris de metris Pindari nisus, qui ad commissurarum genera spectant.

Loquitur ibi p. 80 de v. Pind. Ol. II, 1.

ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι,

quis neget hanc vehementissimam arsium collisionem ipsa arrhythmia concitati animi affectum exprimere aptissime? — Nascitur haec compositio, ubicunque rhythmus a thesi incipiens

desinit in arsin, sequente rhythmo arsin habente initio ordinis, sive dactylici sive iambici sunt ordines:

v –́ –́ v, v –́ –́ v v, v v –́ | –́ v v, –́ | – v, –́ | –́ v v,

v –́ | –́, v –́ –́ v –́.

p. 79. *In thesium commissura hiat versus, neque ullam habet vim, sed motum ignobilem, exilem, humilem maxime. Neque usi hoc genere veteres sunt, nisi in Archilochiis asynartetis et similibus, et tragicis nonnullis, qui a paracataloge excusationem habent omnes.* Et in l. III. c. II. p. 175. ubi de 4 modis componendorum ordinum loquitur, aut thesis cum arsi, aut collisione arsis cum thesi, aut duarum arsium, ita pergit: *Quartus modus compositionis, transitu facto ex thesi in thesin, non modo inconcinnus est numerique caret continuitate, sed levitatem et humilitatem nimiam prae se fert. Eandem admisere tragici in huiusmodi versibus* (affert formam nostram b) *lateque ea patet in praemissa dochmio trochaica, iambica, anapaestica et dactylica thesi, modo ut vera sit thesis, nec potius arsis, ut conieci de dactylicis. Et tragicae quidem perturbationi aptam esse hanc numeri perversitatem, quis neget paullo doctior?*

Contra haec primum in eo confutandus videtur auctor, quod hos versus tragicae tribuendos censet perturbationi, nam hi versus passim quidem inter dochmios leguntur (ut in Aesch. VII ad Th. 113 sqq.) quorum proprium est, ut animo vehementer commoto et perturbato inserviant, sed saepenumero iidem in tranquilla oratione vel in aliqua narratione adhiben-

tur, quae nullam omnino redolet perturbationem (e. g. in parodo Aesch. Ag. ubi narratur Iphigeniae sacrificatio). Deinde non video quomodo demonstrari possit, thesium commissuram minus bene sese habere, quam duarum arsium collisionem, ideoque expellendam esse; quamquam utrumque *κατ' ἀντιπάθειαν* fit, neque illa permitti potest, nisi diversa quantitatum ratione servata (qualem in antispasticis notavi), neque haec, nisi ictu in alterutra arsium posito, ita ut prae altera praevalere videatur (quemadmodum antispasti et dochmii secunda arsis priorem superat dignitate). Itaque quum haec secunda arsis sit gravior, non potest offendere thesis longa, quae eam sequitur; contra quum in secunda versus particula non prima, sed altera arsis gravior sit, ob eam caussam male sonaret anacrusis longa, quippe quae non eam praecedat arsin in qua ictus primarius est ponendus; (quamobrem etiam in metri descriptione theses constanter longas, arsium vero eas tantum ictu signavi, quas praevalere modo dixi). Ita si bacchii vel ionici a minori plures in uno versu leguntur, anacrusis sequitur thesin praecedentis; quodsi vero ultimam horum pedum syllabam non thesin sed arsin minoris gravitatis esse censet Boeckhius (in quo metrici cum eo consentiunt), profecto nihil impedit, quominus etiam nostrorum versuum syllabam quartam arsin esse credamus eiusdem generis, cuius bacchii et ionici quarta syllaba est. Ita et ii loci, in quibus ea syllaba legitur soluta, nostris versibus adnumerari possit

Eur. Tro. 881. *καὶ συμφορᾶς. ‘Εκ. τέκεα. ’Α. πρίν ποτ' ἦμεν.*
ant. 885. *οἰκτρὰ τυχά. ‘Ε. πόλεος. ’Α. ἃ καπνοῦται.*

Phoen. 1745. ὃς ἐκ δόμων νέκυς ἄθαπτος οἴχεται.
ib. 1302. ἰὼ γᾶ, τρόφιμε τῶν ἐμῶν τέκνων.
ant. 1316. ἰὼ θεῶν μέλαθρα καὶ πόλις φίλα.
ib. 1307. διάδοχά σοι γόνυ τί ημι γαίᾳ.
ant. 1322. ὄνομα δὲ γᾶς ἄφανες εἶσιν ἄλλᾳ.

quos tamen versus ex Boeckhii ratione metiendos credo, quippe quorum habitus eam commendet, quod et in aliis accidere potest versibus

Eur. Hec. 629. ἐμοὶ χρῆν συμφορὰν.
ἐμοὶ χρῆν | πημονὰν γενέσθαι.
ant. 638. πόνοι γὰρ καὶ πόνων.
ἀνάγκαι | κρείσσονες κυκλοῦνται.

in quo et caesura et praecedens ischiorrhogicus versum ex monometro iambico catalectico et trochaeis compositum esse probat. Etenim utrumque genus versuum, et iambico-antispasticum, et illud quod Boeckhius descripsit ferri potest; modo ut faveat totus locus in quo leguntur versus alteriutri lectionum; id tantum efficere studui, ne antispasticum plane e metrorum collectione eximendum videretur.

III.

Iam vero illa comparatio cum ionicis systematis transitum nobis ad tertium genus versuum ab Hermanno inter antispasticos relatorum parat

d) 2. υ — υ —́ — | υ υ — υ —́ —
Aesch. Suppl. 528. ἄλευσον ἀνδρῶν ὕβριν εὖ στυγήσας.

ib. 783. κόνις δ' ἄτερθε πτερύγων ὀλοίμαν.
ant. 791. πρόπαρ θανούσας δ' Ἀΐδας ἀνάσσοι.
Soph. Ai. 705. ἐμοὶ ξυνείης διὰ παντὸς εὔφρων.
ant. 718. θυμὸν Ἀτρείδαις μεγάλων δὲ νεικέων (Herm. θυμοῦ δ', Dind. θυμῶν).
Oed. C. 187. ἀποστυγεῖν καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι.
Eur. Hrc. fur. 352. ἐγὼ δὲ τὸν γᾶς ἐνέρων τ' ἐς ὀρφνάν.
Ita Eur. Med. 431. 439. Rhes. 347. 356. Hippol. 128. 148.

e) 2. υ — υ — — | υ υ — υ — υ —
Eur. Rhes. 242. ἐπεὶ πρό τ' οἴκων πρό τε γᾶς ἔτλα μόνος.
ant. 253. τίν' ἀνδρ' Ἀχαιῶν ὁ πεδοστιβὴς σφαγεύς.
Or. 811. πάλαι παλαιᾶς ἀπὸ συμφορᾶς δόμων.
ant. 823. τὸ δ' αὖ κακουργεῖν ἀσέβεια μαινόλις, (ubi vulgo μεγάλη legebatur).

Quos versus omnes Boeckhius simili ratione ob longam thesin choriambicos trimetros catalecticos et acatalectos esse censet; in quo cum eo consentiunt Dindorfius et ante eos iam Gaisfordius (ad Heph. p. 295); nec reprehendendum hoc est, quia hi versus plerumque inter choriambicos, glyconicos vel dactylicos leguntur, nullis antispasticis nostrorum quinque generum intermixtis; deinde vero etiam saepius tales versus occurrunt, qui non habent eam caesuram πενθημιμερῆ
Aesch. Suppl. 121. 133. λίνοισιν ἢ Σιδονίᾳ καλύπτρᾳ.
ib. 535. γενοῦ πολυμνῆστορ, ἐφάπτορ Ἰοῦς (ubi tamen versus fo. b) et d) 1. non desunt).
Herc. fur. 368. ξύνοιδε Πήνειος ὁ καλλιδίνας.
Hipp. 877. βοᾷ, βοᾷ δέλτος ἄλαστα πᾶ φύγω.

Soph. O. C. 1050. οὖ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη.
ant. 1065. ἁλώσεται, δεινὸς ὁ προσχωρῶν Ἄρης.

quippe qui versus (inprimis postremus) choriambicam multo magis commendare videantur mensuram, quam eam quae iambico-antispasticae est similis. Nam choriambi cum diiambis alternantes cum puris iambis id habent commune, quod caesura non singulos separat pedes, sed post primam choriambi vel diiambi secundi arsin ponatur, quo melius connectantur singuli pedes, et fere in medio versu pausa fiat *). Ita et breviores ordines choriambici habent eandem caesuram:

Aesch. Suppl. 524. ἄναξ ἀνάκτων | μακάρων.
Soph. Ant. 838. οἴμοι γελῶμαι· τί με, πρὸς θεῶν πατρῴων.
(ant. 857. ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας).

sed eius generis versus interdum, si ionicos a minori praecedunt, melius ex penthemimeri iambica et ionicis a minori cum anaclasi compositi videntur:

Soph. El. 1058. τί τοὺς ἄνωθεν | φρονιμωτάτους οἰωνούς.
ant. 1070. ὅτι σφισ' ἤδη | τὰ μὲν ἐκ δόμων νοσεῖ δή.

---

*) Nam in eo inprimis apta caesura conspicitur, quod versum non in duas partes separat aequales, sed post syllabam primam alterius aut ante ultimam prioris partis dimidiae immittitur; illa in trimetris hephthemimeres, haec penthemimeres vocatur, et est usitatior; quae si in iambicis vel dactylicis legitur, persaepe reliqua versus pars rursus in duas particulas dissecatur, quarum prior brevior est ultima. Theocr. I, 1. ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα | καὶ ἁ πίτυς | αἰπόλε τήνα. Aesch. Prom. 3. Ἥφαιστέ, σοι δὲ | χρὴ μέλειν | ἐπιστολάς, quae duplex caesura persaepe in tragicis legi potest, et fortasse ex eo lex de quinta anacrusi trimetrorum explicari potest, de qua Porsonus et Herm. ad Eur. Hec. praef. disserunt.

Aesch. VII ad Th. 727. ξένος δὲ κλήρους|ἐπινωμᾷ Χάλυβος, Σκυθῶν ἄποικος, in str. non est caesura:
v. 720. πέφρικα τὰν ὠλεσίοικον θεὸν, οὐ θεοῖς ὁμοίαν.

quorum versuum analogiis haud scio an defendi posset illorum breviorum mensura ab Hermanno proposita, ita ut ex iambico ordine et dimetro ionico brachycatalecto compositi viderentur; nisi id impedimento esset, quod tales versus saepius inter choriambicos et dactylicos, quam inter ionicos leguntur ordines.

Iam vero quum in his tribus versuum generibus satis commoratus sim, non possum huic disputatiunculae finem imponere, nisi quorundam versuum mentione facta, qui persaepe inter illos versus iambico - antispasticos leguntur; quosque primum a Dindorfio in scholis quas de metris poetarum veterum instituit, in illorum numerum relatos esse memini. Hos igitur eodem ordine, quo ille disposuit, enarrabo.

Primum eos versus huc refert, in quibus dochmium unum vel duo sequi dicitur iambicus monometer catalecticus (Seidl. de vv. dochm. p. 161. Herm. El. p. 255); quos tamen ex duobus vel tribus iambicis catalecticis constare ordinibus probat plerumque caesura et quod leguntur inter alios antispasticos ipsis valde similes; neque etiam bene habere sese videtur iambicus ordo monometro brevior dochmium sequens, nam in eo nescio quid debile inesse videtur *).

*) Is versus in quo simplex iambus sequi dicitur dochmium, plerumque aliam admittit mensuram, aut trochaicam, aut choriambicam cum diiambo

1. ῡ ́— — | υ — υ ́— —

Aesch. Suppl. 105. *δι' ἁμὸν γάμον τεθάλως* (D. *τὸ θάλλος*).
Pers. 575. *βοᾶτιν τάλαιναν αὐδάν*. ant. 583.
Soph. O. C. 1697. *πόθος καὶ κακῶν ἄρ' ἦν τις*.
Eur. Med. 138. *ἐπεί μοι φίλον κέκρανται* (al. *φίλια*).
Alc. 57. *στυγηθεὶς τέκνοις δὲ τοῖς σοῖς*.

ib. 894. (ubi str. v. 877. manca) Suppl. 276. 804. 810. 823. Andromach. 1017. 1020. 1025. Andromed. fr. 3. Carent caesura Aesch. Suppl. 98. Soph. O. C. 1670. 1734. 1748. (qui simul longam habent anacrusin); Eur. Alc. 46. Suppl. 817. Andromed. fr. 25.

συνάλγησον ὡς ὁ κάμνων. Ἔχει κουφότητα μόχθων.

2. υ ́— — | υ — υ ́— — | υ — υ ́— —

Aesch. Ag. 405. 421. *κλόνους λογχίμους τε καὶ ναυβάτας ὁπλισμούς*.
πάρεισιν δόκαι φερούσαι χάριν ματαίαν, (ibi Dind. *δόκαι* pro vulg. *δόξαι*). ib. 740. 751.
λέγοιμ' ἂν φρόνημα μὲν νηνέμου σελάνας.
τέτυκται μέγαν τελεσθέντα φωτὸς ὄλβον.

υ υ υ — υ — υ —, — υ υ — υ — υ —, contra Eur. Tro. 560 — 564 *λόχου δ' ἐξέβαιν' Ἄρης*, ordo trochaicus cum basi iambica praecedente esse videtur; nam quominus ita legamus υ — ῠ̄ | υ — υ —, impedit tertius *καράτομος ἐρημία*; neque etiam sequentes versus commendant dochmiacam mensuram: *νεανιῶν στέφανον ἔφερεν* | *Ἑλλάδι κουροτρόφῳ* (ubi al. non recte *νέανις* legunt) quum fere per totum locum legantur iambici breviores v. 519. 523. 524. 527—29. 538. 539. 542—49. 551—59.

3. υ — υ — | υ — υ — — (iamb. dim. hypercat.)
Aesch. Ag. 368. πάρεστι τοῦτο γ' ἐξιχνεῦσαι.
ant. 386. προβουλόπαις ἄφερτος ἄτας.

4. υ — υ — υ | — υ — υ — (trim. iamb. brachycat.)
Ag. 408. ἄτλητα τλᾶσα πολλὰ δ' ἔστενον.
ant. 425. βέβακεν ὄψις οὐ μεθύστερον.

utrumque genus huc retulit D. quia inter illos vv. legitur; sed et alias occurrit Soph. El. 482. 498.

5. υ — υ ⏊ — | υ ⏊ υ —
Ag. 245. φίλου τριτόσπονδον εὔποτμον.
ant. 256. θέλει τόδ' ἄγχιστον 'Απίας.

qui versus respondet formae a).

6. υ ⏊ υ — | υ — υ ⏊ — | υ — υ ⏊ —
Ag. 195. 217. βροτῶν ἄλαι, νεῶν τε καὶ πεισμάτων ἀφειδεῖς.
βαρεῖα δ' εἰ τέκνον δαΐξω, δόμων ἄγαλμα.

Quibus versibus fortasse etiam similis adnumerari possit

υ — υ ⏊ — | υ ⏊ — | υ — υ ⏊ —
Aesch. Pers. 1014. 1026. πῶς δ' οὔ; στρατὸν μὲν τοσοῦτον τάλας πέπληγμαι.
ἀγανόρειος· κατεῖδον δὲ πῆμ' ἄελπτον.

ubi in utraque stropha caesurae accurate sunt servatae, quamquam eius metri mihi non aliud notum est exemplum, idem quod de Dindorfii formis 2. 5. 6. dici potest.

Emendanda.

p. 6, l. 7 pro LIII lege lib. III.
p. 13, l. 1 p. formas l. formis.
ib. l. 9 pro antispastica l. antispasti secunda.
p. 21, l. 7 p. longa l. longe.
p. 22, l. 8 p. οὐδ᾿ l. οὐδ᾿.
p. 24, l. 19 om. sibi.
p. 26, l. 23 uncinis includ. 1014 D.
p. 30, l. 12 p. non def. volo l. def. nolo. — ib. l. 20 adde ant. v. 431. ib. l. 24. l. ὅτι ποτὲ.
p. 31, l. 15 p. graecorum l. Graecorum.
p. 33, ad notam: rectius Dindorfius hunc versum in creticum, molossum cum arsi bachiaca et bochium dividit, afferens Soph. Trach. 524 ubi similis v. praecedit antispasticum fo. b) 4.
p. 37, l. 4 l. τίθημι. ib. l. 9 et 11 om. puncta. ib. l. 17 l. alterutri.